



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Semel condemnatis & renouatis erroribus fidem ad hibere an liceat sine
peccato. tit. 193

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

SEMEL CONDEMNATIS

*& renouatis erroribus fidem adibere,
an liceat sine peccato.*

TITVLVS CXCIII.

PRIMÒ, Apostolus Petrus. 2. Pe. 2. dicit ef-
se grauiſſimum peccatum, poſt agnitam
veritatem ſemel, iterum retrorſum con-
uerti ab eo, quod traditum eſt ſancto
mandato. Contigit enim illis illud ve-
ri Prouerbij: Canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota
in volutabro luti, Prouerb. 26. Subindè populus cre-
dens detractoribus terræ ſanctæ, Nume 14. voluit re-
dure in Aegyptum, niſi oratione Moysiſ Deus fuiſſet
placatus, omnes in momento fuiſſent conſumpti, at-
tamen omnes illi fuerunt priuati poſſeſſione terræ
ſanctæ, & cadauera eorum &c. Sic continget credi o-
ribus illis qui redeunt in Aegyptum, id eſt, ad priſti-
nos ſemel damnatos errores. Pugnare ergo contra
ſemel agnitam veritatem, grauiſſimum eſt peccatum
in ſpiritum ſanctum, qui non eſt mendax aut incon-
ſtans in rebus fidei & ſacramentis, &c.

Secundò, hoc peccatum eſt maximè contra chari-
tatem proximi: Fuit enim magna cura & diligentia
prima quatenus ſcripturæ rectè & catholicè explica-
rentur. Ideò quæ falſa fuerunt gloſſemata & erro-
nea, adiutorio Spiritus ſancti in concilijs condemnâ-
runt, ſicut Apoſtoli in Concilio Hieroſolymitano,
Acto. 15. in quæſtione de legalibus fecerunt, quæ
Paulus ſummè præcipit obſeruari, Acto. 16. At ſectæ
preponunt intentum ſuum omnibus prioribus patri-
bus eccleſiæ, ex odio in Papam & clericos, & compla-
centiam voluptatis ſuæ, & contemnunt piam deuo-
tionem patrum & fidem: ſed non debemus eos ſe-
qui nam Eccleſia habet mandatum 1. Ioã 4. probandi
ſpiritus,

spiritus, an ex Deo sint. Ergo qui non habet approbationē Ecclesiæ, id est, cōcilij, in suis glossematis scripturæ, hic sine peccato non potest illi consentire. Catholica ergo doctrina approbata est. Sic vtraque lex, Cæsarea & Pontificia decernunt, quòd similis culpa est, prohibita discere vel docere, vel primū inuicere.

Tertiò, an claudicare in ambas partes, sit peccatum. Propheta Helias 3. Reg. 18. correxit populū, inquiens: Vsq̄uequò claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum, & populus non respondit ei verbum: si ergo non fuisset peccatum, claudicare, Propheta nō correxisset. Commendat scriptura Tobiam de rectitudine animi tempore vitulorum, Tob 1. & Machabæos, 1. Machab. 1. tempore Antiochi, filios Rechab, tempore Ieremiæ prophetæ, Ierem. 35. Sic Eusebius lib. 1. tripart. histor. cap. 8. notat historiam, quomodo Constantinus Imperator probauit constantes, & cetera. Sic scriptura taxat inconstantes, Eccl. 2. v. dupli corde Iacob. 1. Vir duplex animo, in cōstans in omnibus vijs suis. Apocal. 3. Vtinam frigidus aut calidus esset, igitur Nicodemistæ non sunt laudandi, Ioan. 3. Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem, Romanor. 10. Firmam igitur fiduciam & constantiam cordis exigit Deus. Quis maritorum patitur vxorem, simul cum ipso & alio misceri, & sic claudicare?

DE VERBIS DAVID, *Elegi abiectus esse in domo Dei.*

TITVLVS CXCIIL.



HAEC verba propheta Dauid psal. 89. dicit, differentiam ponens inter habitatores in domo Dei, id est, vnitatem Ecclesiæ & extra illā in tabernaculis, id est, congregationibus hæreticorum, Nam de-